pacifice possidendi, ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi. Praefati iuris originalis ea omnia latius in se complectentis praesentibus est ... et haec sunt ...

# Actum in Castro Premisliensi Sabbatho ipso die Festi Sanctae Dorotheae Virginis, Anno Domini, Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

6/II

## Poleski Prusżynskiego quietat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosus Stanislaus Poleski, sanus mente et corpore existens, a terrestribus districtualibus iuribus, iurisdictionibusque sub quibusvis propriis et competentibus recedendo, Praesenti iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus et bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit, quia ipse Generosum Petrum Prusżynski et eius posteros de summa quadringentorum sexaginta sex florenorum Polonicalium et grossorum viginti Polonicalium ex summa originali quae et quanta sibi ... per eundem Generosum Petrum Prusżynsky coram Actis Castrensibus Leopoliensibus seu aliis quibusvis authenticis Regni modoquovis ad solvendum inscripta est se derivante et provenienti, per se recognoscentem realiter ad rationem eiusdem capitalis summae realiter levata, tum de ipsa inscriptione debitorea ad praefatam summam ad rationem levatae sese referendo quietat, emittit liberumque

et

et absolutum quuerit perpetuo Infirmentis aeneq, quoad summā ad rationem receptā in toto et totam cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione Comissorio perpetuum imponendo silentio salvae vitulonima restante summae quae et quanta apud eundem Generosum Czeszynsky restat tum et earum Interesse plenus viribus reservat

# Kanimierow Advitalitas

Comparentes personaliter coram Officio Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Christophorus Kanimier olim Generosi Nicolai de Tuchowice Kanimier cum olim Generosa Zuzanna Kozla[?] procreatus filius ab una et Catherina Zurawska olim Generosi Joannis Zurawski cum olim Generosa Helizabetha Ia ho dijnska procreata filia parte ab altera coniuges thori Maritalis consortes pro se consortio suo tum a sancto Maritali sui et Antonis Coniugalis. Sani mentibus et corporibus existentes a Jenis Actis Juribus Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedendo. Proseso Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum huiusmodi attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac expresse recognoverunt et quilibet illorum seorsim obique Interesse recognovit. Quia sibi Ifimutuo et vicissim una pars alteri omnium generaliter bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium ac summarum quarumcunque pecuniarum Nec non auri argenti Clenodiorum Vestium Vestimentorum pecorum pecudum equorum totiusque supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae mutuum usumfructum et Advitalitatem ad extrema duntaxat Vitae suae tempora concedunt et